



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &
benedictae Matris eius meditatione**

Arias, Francisco

Coloniae Agrippinae, 1616

Exercitium Divinum De Praesentia Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48934)

R. P.
FRANCISCI
ARIAS, SOCIETATIS
IESV THEOLOGI,
EXERCITIVM
DIVINVM

DE PRAESENTIA DEI.

HAC EDITIONE EX EODEM

Auctore vno capite auctum, de quo
ipse in Praefatione.

ITEMQUE SPIRITUALIA DOCV-
menta de SS. Confessionis & Eucharistiae Sacra-
mentis vtiliter ac cum fructu percipiendis.


PSALM. XV.

Providebam Dominum in conspectu meo sem-
per: dextra dextis est mihi, ne commouear.



COLONIAE,

Sumptibus Ioannis Kinckij, sub Mono-
cerote. ANNO M. DC. XVI.



Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including the word "COLONIA" and other illegible words.




AV
F
[Decorative initial]
prog.
tome
cat: S
Tract
in vi
ercit
ea om
citur
copen
in eo
nib. O
focul
etiam
nam
ramu
copia
ad fa
edi be
tem
san

PROOEMIUM.
 AVCTORIS IN EX-
 ERCITIVM DE PRAE-
 sentia Dei.



Vemadmodum Dominus a-
 liquis accuratam omnium
 facultatum suarum ratione
 subducturus, primū eas in va-
 rias partes aestimato, cōscri-
 ptisq; singularum pretio, diuidit, deinde verò
 omnes simul collectas ad vnā summam reuo-
 cat: Sic nos, cūm hactenus aliquot distinctis
 Tractibus multa, variaque ad progressum
 in via spiritali faciendum media atq; ex-
 ercitia copiose praescripserimus, cogitamus
 ea omnia hoc libello ad vnum aliquod exer-
 citium, velut omnium caput, summam, &
 cōpendium contrahere. Hoc autem exercitiū
 in eorūno vertitur, vt in omnib; studijs, actio-
 nib; & negotijs nostris Deum Opt. Max. qua-
 si oculis mentis praesentem, nostraque omnia
 etiam cogitata inuenientem & spectantem cer-
 uemus, ac toto corde affectu in eundem fe-
 ramur. Nam cūm in hac vita mortali nobis
 copia non sit, & potestas clarè atque facie
 ad faciem videnti Deum, quod proprium
 est beatorum um Christo regnantium, id sal-
 tem committi debemus, vt oculis diuinæ fidei,
 sanctaeque contemplationis eum, quasi praesen-
 tem,

rem, cum reuera, licet inuisibiliter, presens
 sit, aspiciamus, ac quoties licet, sincero eam
 amore complectamur. Egimus quidem de hoc
 sancto Exercitio in Tractatu de Oratione,
 cum exponeremus, quid sit, presens sibi si-
 stere Deum, quamque prestans & efficax hoc
 sit medium ad colligendum animum, divina-
 rumque rerum Meditationem cum fructu in-
 stituendam: verum in hoc opusculo paulo ac-
 curatius fusiisque de eodem argumento age-
 mus, quatenus valet ad eximium profectum
 in omni virtutum genere faciendum, donec
 ad earum fastigium, hoc est, perfectam
 & omnibus numeris absolu-
 tam cum Deo unio-
 nem peruenia-
 tur.



5
CAPVT I.

QVAM NOBILE ET SA-
lutare exercitium sit, Deum in a-
ctionibus suis præsenti-
tem sistere.



ER multa quidem præstā-
tissima, iuxta ac vtilissi-
ma suppetunt media &
exercitia ad perfectas
virtutes consequendas,

nullum tamen meo iudicio præstan-
tius vtiliusve est hoc ipso de quo agi-
mus, si quemadmodum conuenit in-
ficiatur. Quicquid enim boni alijs in-
est, in hoc vno quadantenus contine-
tur: quicquid cæterorum beneficio in
vita spiritali efficitur, huius quoque
opera obtineri potest. Hoc vnum ser-
uum Dei & incitat, & excitat, & inflā-
mat, vt reliqua omnia media re ipsa ex-
erceat, vt subsidia ad veras solidaque
virtutes comparandas necessaria vel
salutaria præsto sint, vt lumen diuinū,
ad illustrandam mentem, & robur ad
impellendam voluntatem à præsentē
diuina maiestate assidue impetretur.
Atq; hac ratione fit, quod diximus, vt
hoc exercitium sit cæterorum omniū
quasi summa & anacephalæosis. Si er-

6 EXERCIT. FRANC. ARIAE

go seruus Dei, sui profectus spiritualis
cupidus reformidet, ne fortè obliuiscatur
tot salutarium mediorum, quæ ad
parandam vitæ spiritualis perfectionē
necessaris esse, vel à viris pijs auduit,
vel in libellis siue meis, siue aliorum
lectitauit, meminerit saltem huius, &
re ipsa exerceat; hoc enim studio efficiet,
vt reliqua omnia, quæ obliuione sepulta
videbantur, in mentem recurrant, cum opus
fuerit. Rursum, si quis desiderio ardens
placendi Deo, cuius diuinæ voluntati in
omnibus obsequendi, post perlecta in
spiritualibus libris tot documenta, monita,
& media ad vitam sanctam religiosamque
ducendam congruentia, animo deiiciatur,
quasi impossibile sit tam multas, tamque
varias exercitationes vsurpare, is animo
sit forti & erecto: ecce vno antidoto
omnem difficultatem absterfamur.
Vni huic exercitationi, qua de locum
mur, opitulante diuina gratia se fecerit
dedat, ac deprehendet sic cor suū amore
coelesti accendi, & cum diuina voluntate
conformari, vt omnia illicò media &
remedia, tum ad quasuis virtutes
exercendas, tum ad vitia, tentationesque,
licet graues, expugnandas, prout occasio
eas obtulerit, yltro diuinitus
sunt

DE PRAESENTIA DEI. 7

sint occurrura. Deus siquidem ei, qui se
praesentem contuetur, & in quem om-
nem cordis sui fiduciam conijcit, au-
xiliumque implorat, opportunè suo
tempore & loco, quid facto opus sit
suggerit, lumenque & efficacitatem ad
exercenda necessaria media submini-
strat: nunquam enim Deus coelestis
suae gratiae opportuno praesidio eos
destituit, qui in suae diuinæ maiestatis
conspectu & praesentia, quemadmo-
dum conuenit, vitam traducunt.

CAPVT II.

*Quantoperè in diuinis litteris, Patrumque
sanctorum scriptis commendatum sit hoc ex-
ercitium, quamque singulare studium
in eo ponere debeat Dei seruus
sui progressus cu-
pidus.*

EX dictis facilè colligere potest
Dei seruus, sicut cura, studioque
opus est in omnibus exercitijs,
medijsque sanctis ad comparan-
das virtutes idoneis, ita longè maio-
re, ardentioreque opus esse in hoc medio
de praesentia Dei ante oculos mètis po-
nenda exercitando, eò quòd inter caetera
obtineat principatù, vt sapièter alicubi

§ EXERCIT. FRANC. ARIAE

*Contr. inord.
cordis artic.
29. & 30.*

annotavit [B. Dionys. Rickelius. In] omnia, inquit, exercitia sancta, haec praecipua tua cura sit, in eo omnes animi vires extende, ut contineretur, id est, sepe cor tuum ad Deum, rerumque diuinarum contemplationem & amorem subleues. Vis assequi animae tuae puritatem? semper habe exaltatum cor tuum ad Deum. Hec vna causa est, tam paucos peruenire ad perfectionem, quod consumendo tempus in alijs exercitijs medijsque minus vtilibus obliuiscuntur principalium. Et addit: Stride animam tuam coniungere cum Deo, eumque semper habe fixum in memoria, ad illum tua desideria, totumque affectum cordis attolle, & quamuis centies vna hora mente distraharis, non ideo deiiciaris animo, sed semper ad institutum redi. Moneant te ad frequentandum hoc exercitium dicta Sactorum & Venerabilium Patrum, qui omnes communi consensu, quasi ab vno edocti Magistro, vident licet Spiritu sancto, nos ad hoc studium exhortantur. Hucusque Dionysius Hanc autem doctrinam sancti Patres ex diuinae Scripturae fontibus hauriunt, in quibus crebro, magnaue veterum maiestate hoc exercitium com-

men
rem
que
cti
quen
subie
Scrip
Dau
& con
Facie
sentia
Dom
cordi
conue
per ad
telle
assidu
cordis
ligit,
monis
firare
cumb
de la qu
per Sa
Spiritu
quien
su tuos
bus in
tuos, h
detia a

DE PRAESENT. DEI. 9

mendatur. Atque vt rectius intellige-
remus eius necessitatem, nobilitatem-
que, altiusque nostris infigeretur pe-
ctoribus, varijs formis modisque lo-
quendi, quibus tamen vna eademque
subiecta sit sententia, ad illud nos S.
Scriptura incitat & inflammat, vt cum
Dauid ita loquitur: *Querite Dominum, Psalm. 104*
& *confirmamini: querite faciem eius semper.*
Facies, inquit ibi August. est eius prae- *Aug. ibid.*
sentia. Itaque semper quaerere faciem
Domini, est versari in eius praesentia
cordisq; amorem & desideria ad eum
conuertere. Et alibi idem: *Oculi mei sem-* *Psalm. 24.*
per ad Dominum. Oculi animae sunt, in-
tellectus & memoria, qui cogitantes
assidue, & recolentes Deum, affectum
cordis secum pertrahunt. Et hinc col-
ligit, Deum talem quoq; expedire à de-
monis laqueis, hoc est, vires submini-
strare quo minus temptationibus suc-
cumbat: nam mox addit: *Et ipse euellet*
de laqueo pedes meos. Atque hoc est quod
per Sapientem ab omnibus postulat
Spiritus sanctus: *In omnibus vijs tuis, in-*
quiens, cogita Dominum, & ipse diriget gres-
sus tuos. In vijs, id est, omnibus actioni-
bus internis, aequè ac externis. *Gressus*
tuos, hoc est, omnes affectiones & desi-
deria animi, omniaque exercitia cor-
po-

A 5

po-

poris diriget in beatum suae gloriae finem, illustrando te & mouendo, ut in omnibus voluntatem tuam conformes diuinæ Nam ut illa verba exponit Dionysius supra citatus, hanc tantum mirabilem Dei directionem promeretur is, qui in omnibus operibus suis presentem Deum contempletur.

*Ben. ad frat.
de mon Dei.
Tim. 4.*

Hoc item nobilissimum exercitium teste S. Bernardo, B. Paulus commendauit suo discipulo Timotheo dicens: *Exerce te ipsum ad pietatem Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est pietas autem ad omnia utilis est* Hanc enim pietatem vult esse continuam Dei memoriam & assiduam animæ directionem ad intelligendam illius voluntatem, eundemque amandum & diligendum exercitium corporalem, ut multi sancti affirmant, Apostolus hic vocat mortificationes & pœnitentias externas quibus corpus ad conciliandum vobis promerendum Deum affigitur Quamuis enim hæc quoque actiones sine pietate stantes & salutares, tamen si conferantur cum exercitio diuinæ presentis ante oculos sistendæ, dici potest, fructus earum esse perexiguum, ac ut certis quibusdam hominibus sint utiles, tamen non omnibus sunt, ac nonnulli

*Bern. in apol.
ad Vilhelm.
Anselm in
Sommen.*

DE PRAESENT. DEL. n

etiam aliquando noxiae. Possunt esse
vtilis, si ad finem salutarem collimēt;
at si secus fiat, potius impediunt: ac id-
eō saepe consultum eas nunc modera-
ri, nunc omninò non vsurpare, vti fu-
sè declarauimus in tractatu sexto de
mortificatione. At hoc diuinum exer-
citiū, cuius hominum generi est v-
tilissimū, tum quia spirituale est & a-
nimae inhærens, tum quia in eo vera
pietas, hoc est, Dei cultus exercetur,
qui praecipuè consistit in actibus inter-
nis fidei, spei, & charitatis. Nam quid
aliud est, Deum praesentem contem-
plari, quam cor nostrum ad illum ele-
uare, credere in ipsum, sperare, eum
concupiscere, amare, ac cum gemitu
ad eum suspirare?

Hoc, inquam, Exercitiū sanctum
vbique sacrae literae inculcant ijs lo-
cis, quibus commendant, vt oremus
semper, & sine intermissione, vtque vi-
gilemus in orationibus. Cogitationes
siquidem & desideria, sunt voces &
verba, quibus anima loquitur; & idcir-
cò, quoties praesentem Deum contem-
plantes, cogitationes nostras & vota
attollimus ad Deum, verè dici potest
nos orare, & si per sepe id faciamus, vel
sepiissime, rectissime dicitur, nos orare
sem-

Eccl. 18.

Luc. 21.

1. ad Theff.

semper, & sine intermissione. Quamuis enim in diuina Scriptura nobis quoque commendata sit oratio vocalis, ac Ecclesiae quidem ministris imper mandata & praecipua: tamen in locis citatis praecipue nobis commendatur oratio mentalis, quae tantum fit corde. Oratio vocalis habet temporales horasque certas ab Ecclesia definitas, quibus habeatur. Mentalis non item, sed omne tempus, & locum complectitur: semper enim, & ubique praesentem possumus habere Deum, nostraque desideria & vota in eum referre. Quod enim homo creberrimè, & quasi ordinariè facit, communi loquendi consuetudine dicitur semper facere. Et hoc sensu sancti, hominesque perfecti illi consilio vel praecipuo de orando sine intermissione satisfecerunt.

Neque hæc attentio ad Deum impedit in seruis Dei externorum operum functiones, immò magnopere promouet, ut diligenter & perfecte faciant, propter ardorem & zelum quem Deus huiusmodi hominibus in conspectu suo versantibus communicat: immò pro immensa sua misericordia nonnullis tam admiranda & eximia suae gratiae dona impertit, ut non mo-

do sine labore & difficultate, verum etiam ingenti suauitate & facilitate cor suum habeant cum Deo intimè coniunctum & vnitum.

Surius describens vitam cuiusdam *Præfixa est* religiosissimi viri Rusbruchij, cōmemoratur, eum in omnibus actionibus, *Rusb. operibus.* exercitijsq; semper mentem in Deum sublatam habuisse: & verò peculiarem hanc à Deo obtinuisse gratiam, vt quoties vellet, nulla difficultate posset mentem immergere in suauissimam diuinitatis contemplationem, Deoque secretissimè coniungere, siue solus foret, cubiculo inclusus, siue in media sociorum turba, quibuscum conuersabatur & loquebatur. Beat. quoque Rutgerus ex ordine D. Francisci, vt est in eorum Chronicis, idem beneficium diuinitus *p. 2. l. 4. c. 51* erat consecutus, vt nempe præsentem sibi fingeret diuinam maiestatem, & cum eadem in cordis penetralibus familiariter tractaret, siue in choro cantaret, siue in triclinio cibum sumeret, siue cum alijs colloqueretur. Vnde & obseruabatur ab alijs, nunc oculos pie conijcere in cælum, nunc suspiria amoris plena ad Deum emittere.

Magno animo & alacri quisque debet se huic sancto exercitio dedere, ac

deprehendet facile, quàm Deus promptus sit ad sistendum se nobis presentem, quoties collibuerit, ut eum spectemus, alloquamur, & familiariter cum eo tractemus. Vnde & tanta offert praesidia, auxiliaque, ut quod naturæ visibus videtur arduum, imò impossibile, reddatur cuique facillimum & suavissimum. Ut aliquis aditum habeat ad Regem terrenum, cumq; eo colloquetur & tractet, admodum difficile est nec potest obtineri, nisi favore & gratia multorum, imò multis opus est multorum annorum labore & seruitute, antequam ad familiarem cum Rege consuetudinem perueniant. Deus infinita licet praeditus maiestate & gloria, semper paratus est quacumque hora & momento nos in conspectum suum admittere, ut oculos mentis in ipsum conijcere possimus, contempleri pulchritudinem & magnitudinem, desiderare gloriam, amare bonitatem, degustare suauitatem, familiariter cum eodem conuersando, & gratiam ab eodem postulando. Neque solum paratus est Deus ad hoc, verum etiã operatur & inuitat maximis gratiæ gloriaque premijs propositis, ut ita faciamus, ut solum inuitat paucos, eosq; sanctitate

praesentem
sanctum
nobis
les,
rem
quam
tur,
studium
exercitum
semper
confidendum
beneficentia
hora
ut in
ram
tempore
iustis

Quem
ad i

D
re, sup
nesq;
iustis

præstantes, ut fuerunt multi veteres sancti, qui totos se nocturno diuino cultui dederunt, sed omnes fideles, quotquot sincero corde Dei honorem, suamque salutem quærunt. O quam piè & sanctè suo officio funguntur, qui tantum bonum expetunt, & studiosè quærunt, qui tam honorificum exercitium non negligunt, ut Deum semper præsentem quasi gerant, & eius consuetudine iugiter fruuntur. Verendum certè est eis, qui hoc tam diuino beneficio in hac vita uti detrectant, in hora mortis oclusum iri portam, velut ingratis, & negligentibus, ad claræ præsentis Dei visionem, & contemplationem, quæ solis tunc patebit iustis & beatis.

• C A P V T III.

Quemadmodum hac exercitatione animus ad internam orationem comparetur, & Deum duplici ratione nobis coram proponatur.

DE I seruum, cui propositum sit, puras orationes ritè offerre, oportet nõ modo peccata fugere, superuacuas occupationes, affectionesq;, & scrupulorum aculeos tollere, verum et magnopere laborare, ut cor, vanis atq;

atq; inutilibus cogitationibus excō-
 sis, bonis, sanctis que occupetur. Eū
 nē cor nostrum eā viuacitate, vt
 quā non moueatur, semper agat quā-
 piam, aut agitet. Porro vbi frena ex-
 xantur, mox præcepta fertur in cogita-
 tiones terrenas, inutiles, improbas.
 Danda itaq; etiam atque etiam opor-
 tet, vt bona potius semper cogitet,
 adeò Deum ipsum, quo vti que
 melius est. Atque hoc ipsum est, et
 num habere collectum, occupatum
 videlicet bonis cogitationibus, ma-
 mē autem memoria diuini Numini
 id assidue attendere, tanquam quod
 non modò coram nobis, sed prorsus
 intra nos. AEquum planè est memo-
 nisse amici multis modis de te opte-
 meriti. *Non obliuiscaris amici tui in
 mo tuo,* inquit Ecclesiasticus, cap. 6.
Non immemor sis illius in opibus tuis.
 Quod si frequens recordatio amici
 tē præcipitur, à quo beneficij alio-
 quandoque acceperis, & quum pro-
 fitò multò magis fuerit, nunquam
 obliuisci, cuius quouis momēto be-
 ficentia gaudemus, dum ipsum et
 vitam, & innumera corpori animi
 bona quouis diei noctisq; articulo
 eo percipimus. Quam iustum est, quod
 decet

DE PRÆSENT. DEI. 17

decer, consentaneumque est omni legi naturali, diuinæ & humanæ, vel semper, vel quàm sapissimè Dei memisse, qui semper nos amat, semper bonis suis cumulat? Audi Ambrosium: *Nec Lib. de dign. solus sufficit de Deo intellectus, inquit, nisi hum. cond. fiat in amore eius voluntas: imò nec hæc duo c. 2. sufficiunt, nisi memoria addatur, qua semper in mente intelligentis, & diligentis maneat Deus; vt sicut non potest esse momentum, quo homo non utatur, vel fruatur Dei bonitate, & misericordia; ita nullum debeat esse momentum, quo præsentem eum non habeat in memoria.* Duplex est autem ratio, qua Deum semper, vt præsentem intueamur.

Prior est, vt sic certò statuamus, quod quid creata omnia operentur, totum id à Deo, eorum ministerio effici, tanquam instrumentorum, omnemque proinde illi gratiam deberi, vt à cuius manu omnia proficiantur. Sapit cibus, ardentem sitim frigida extinguit, sol illustrat, calfacit ignis, vestis tegit: sic existimes, Deum impertiri saporem, illum satiare, sitim tollere, illustrare, calfacere, tegere. Minimè enim dubium est, etsi id genus effecta ab ipsis creaturis sunt, multò tamen magis cenferi debere, esse à Deo, quando hic

hic prima causa est ; illæ secunda, & tanquam Dei instrumenta. Si quis primarij viri hospitio vteretur, & ei^{us} causa serui domestici certatim p se quæque operam illi darent, & heri sui res dispertirent: alius veste, cibo alius, alij equis, viatico liberali alius donaret: si deinde quæreres, cuius beneficium hæc haberet, non vtique hunc, illum ué seruum nominaret; quin etiam mentionem quidem cuiusquam illorum faceret, sed à Domino illo constitutum, ciboque ac reliquis donatum diceret. Iam verò cum satis constat creaturas omnes longè alia ratione Deo pèdère, quàm à Domino suo uita; (neque enim dominus seruatorum suorum vitam tuetur, neque manibus eos fert, quod Deus creaturis suis præstat, sine cuius ope nec mouere se tallum possint) meritissimò à nobis exigitur, vt omnes creaturarum rebus actiones bonas, & quicquid per eas beneficij percipimus, Deo attribuamus, profiteamurque & mente, & lingua quicquid habemus, id totum ab illo habere. Si te proximus suauiter sollicitus est, si cognatus munusculum dedit: prima mox causam cogitatione pro mola, quæ & voluntatem, & linguam illo

DE PRAESENT. DEI. 19

illorum mouit, & manum; & dicit: Deus me solatus est, Dei donatione hoc munus teneo. Atque eundem in modum facito, quicquid à qualibet creatura acceperis. Hac ratione excitabimur ab ijs, & ad perpetuam Dei memoriam deducemur. Neque hoc præceptum gratitudinem tollit, quam ijs debemus, qui nos beneficijs persequuntur, quandoquidem eandem etiam Deus exigit.

Altera est ratio, Deum perpetuò presentem intuendi sp̄ ritualis magis, ijs accommodata, qui in hoc studio exercitiores sunt: quã videlicet eum sibi adesse attendunt, non in suis effectis, sed in sua ipsius substantia. Id fit, non phantasiæ subiiciendo imagines sensiles, tanquam habeat certam quantitatem, formam, colorem, partes varias. Hac enim corporibus competūt: Deus autē spiritus est purissimus, perfectione infinita præditus, neq; in eo quicquã est eorum, quæ in corporatis creaturis aspicimus. Animo igitur, & memoria intuendus nobis est, tãquam essentia, bonitas, pulchritudo, maiestas spiritalis, magnitudo infinita. Plane quemadmodũ piscis sursum deorsum in mari natitans perpetuò aquam aspici-

aspicit, quâ quoquo se verterit, circum
 datus est; sic nos oportet, quoad fieri
 potest, Deum nunquam non animo
 oculis intueri, quando ille nos undique
 ambit, vbi cumque simus: quippe qui
 vbi que adest, extra & intra nos, atque
 adeo interior est & corpori, & animo
 nostræ, quàm nos ipsi nobis. Christus
 crucifixi imaginem, quam in cubili
 lo asseruamus, corporis oculis contem
 ter aspiciamus, vicissimque nos ab
 aspici videmus: eundem ad modum
 nimirum oculi frequenter tollendi sunt
 Deum intuendum, nobisque persuaden
 dum, nec ad momentum, nos eius
 eius conspectum esse posse.

Illud tamen hoc loco animadu
 tendendum, Dei recordationem, quæ
 intelligentiæ nostræ opus est, & pietatis
 voluntatis affectionem, coniungere
 portare, & indiuiduam velut focum
 tē constanter retinere. Hoc volo, non
 esse satis, Deum, vt præsentem, immo
 gētia complecti, & inspicere; nisi
 accedant ignita voluntatis desideria
 & affectiones; sic, vt cum toto
 desiderio idētidem alloquamur, quod
 quid nos vel torquet, vel deficit,
 miserè ei aperiamus, fidenter propo
 mus, opem ab eo, & consilium petam.

DE PRAESENT. DEI. 21

& silente licet lingua, corde, hac, simili-
liuératione alloquamur: O Domine,
quàm friget mihi animus in amore
tui! imperti mihi tui amorem, eo me
proflus succende, eo animam meam
reple, vt te solum diligam, & reliqua
omnia tui gratia. O Domine, ô Deus
meus, quantus animi mei stupor est,
vbi de vnico, & summo meo bono a-
gnosendo agitur! quàm deficiunt vi-
tes, cum in id opere tendendum! Doce
me, Domine, diuinam tuam volunta-
tem, omnibus in rebus agnoscere; ro-
bora me, vt eam sequar: benefica tua
manu semper me tuere, ne labar. O mi
Deus, & Domine, quando te forti, &
suauis vinculo perfectæ charitatis cir-
cumplectar? His alijsue id genus ver-
bis pia anima Dominum suum alloqui
potest, cum cum ignitis desiderijs ple-
na, & ex imò corde petitis suspirijs
anhelans, aspexerit. Huic exercitatio-
ni, si diligenter, seriò, constanter in-
hæserit, tantum inde operæ pretium
referet (si pijsimo Dionysio Carthu-
siano credimus) vt corde in aliud mu-
tato, à mundo vehementer abhorreat;
ad Deum autem, & diuina toto fera-
tur desiderio. Quæ hætenus diximus,
ita intelligas, vt magna animi quiete
pera-

Lib. 1. de ed-
temp. c. 25.

peragantur, neq; corporis vlli
 appareant, aut vocis signa: sic prout
 vt alijs quoq; presentibus, tibi
 loquentibus, non tamen animo
 tat quispiam, quid intra te cum Deo
 tuo tractes. Atq; ita potest hac exerci-
 tatio semper & ybique sine inter-
 tione agitari, tum quoq; cum pla-
 perambulas, cum operis aliquid
 cum scribis, legis, sermones
 Sunt enim hæc mentis, voluntatis
 opera, quæ summa celeritate
 proindeque nihil extrinsecus
 menti obijci potest, quo minus
 lis horis, imò quarta horæ parte,
 animum sursum ad Deum tollas
 eo defigas.

Experientia vsusque docet
 rum omnium (quibus perpetuo
 coram obuersabatur, sibi exacte
 quadam ratione coniunctis) quod
 cile id sit, ac suaue, esseq; Dei
 iusmodi, quod nemini ambien-
 concedat.

Fit autem hac exercitatio
 ma intra sese collecta acquiesce-
 bi orationi se dare vult, cor
 aptum, compositumq; offendit
 exteriorum rerum imaginibus
 actum; quò quietius, & maiore

An diuina contempletur. Potest hæc
 verissima assertio Sancti Basilij testi-
 monio confirmari, qui rogatus, Quæ-
 admodum anima semper collecta, nū-
 quam inutilibus cogitationibus di-
 straheretur, respondit: Si Dauidem imi-
 tetur, qui ait: *Prouidebam Dominum in con-
 spectu meo semper. Itemque: Oculi mei
 semper ad Dominum.* Est hæc ipsa di-
 uina sententia Abbatis Isaac, vbi de
 hoc argumento tractat, id est, qua ra-
 tione quis quàm optimè ad oratio-
 nem se comparet, dum ait; *Quales oran-
 tes volumus inueniri, tales nos ante oratio-
 nis tempus preparare debemus.* Quo dicto
 hoc innuit, si quam quietem in ora-
 tione optamus, operam dandam, vt
 eadem omni tempore habeamus. Vult
 enim seponi omnes superfluas solici-
 tudines de reb. terrenis, inutiles, item
 fabulas, iocos, risus, vanas, vagasque
 cogitationes. Causam addit: *Quic-
 quid ante orationis horam an ma nostra cõ-
 ceperit, necesse est, vt orantibus nobis, per
 ingestionem recordationis occurrat. Verbo-
 rum, vel sensuum ante oculos imago prelu-
 dens, aut irasci nos secundum præcedentem
 qualitatem faciet, aut tristari, aut concupi-
 scencias, causasue præteritas retractare, aut
 risu fatuo, quod etiã pudet dicere, cuiusquã
 scurrè-*

Reg. bre. ins.

106.

Ps 16. v. 8.

Ps 24. v. 15.

Coll. 9. c. 3.

scurrilis dicti, vel facti titillatione pulsi
aut ad priores facies volitare discuntur
ēdcirco quicquid orantibus nobis volumus
vt irrepat, ante orationem de abditiōe
pectoris extrudere festinemus. Hęc omnia
sanctus Abbas, dignissima sanē, quę
& memoria, & re ipsa obseruentur.

Neque verò hac, de qua loquimur
exercitatione, solum rectē orandi
litate assequimur. Tāta enim, & tam
admirabilis eius vis est, vt per eam
uina aspirante gratia, animus
in salutari timore & reuerentia
Deum, & magna vitę puritate
metur. Nam qui tandem fieri poterit
Deum non timeat, & reuereatur
coram ipso Deo se stare considerat
quę peccata magna sint, siue puritate
non omni sollicitudine declinet, &
meminerit, Deum intentum adesse
gratuletur, si rectē; plectat, si per
ram agat?

Hinc illud etiā oritur, vt hoc
citio Dei seruus solatio, leticia, &
dio assiduē perfruatur; dum enim
sibi adesse videt, simul intelligit
& consilium in quavis necessitate
incommodo, in eo sibi deesse non
se. Imò quicquid boni optare possit
totum abūde in eodem inuenit.

iraque S. Dorotheus: *Nihil, inquit, est Serm. 12^o*
quod animam nostram adeo roboret & refi-
ciat, atque assidua Dei memoria. Idem fa-
tetur Psalmographus, vbi ait: Memor Ps. 75. v. 4^o
sui Dei, & delectatus sum.

CAPVT IV.

De eximiiis fructibus huius diuini exercitiij,
atque imprimis de fructu puri-
tatis mentis.

Quo vehementius accendamus
ad frequentandum hoc sanctum
exercitium, patefaciemus deinceps
aliquos effectus, quos in anima
efficit, ac vt menti firmitus inhæreant,
exempla quedã adiungem. Inter omnes
autem virtutes, Deiq; dona, quæ à ve-
nis Dei seruis in maximo pretio habentur,
iure principem locum vindicat
puritas cordis, vt quæ pulcherrimam,
iucundissimamque diuinæ maiestati,
prebeat habitationem. Vnde vulgo dicitur.
Qui amat puritatem cordis, habebit
amicum Regem, nempe Deum
Regem æternum cœli & terræ. Hanc
puritatem & consequi, & conseruare
possumus, si oculis mentis Deum præ-
sentem contemplemur. Si enim secus
B fiat,

PROV. 22^a

fiat, & homo Dei obliuiscatur, nec consideret se ab eo videri, illum coram se esse, viuere & operari, proximum est, vt quasi freno solutus, labatur in peccatum, & in eo perseueret, secundum illud psalmistæ. *Non est Deus in conspectu eius, inquinatae sunt viæ illius in omni tempore.* Nam vt cogitatio, ita cupiditas inordinata rerum terrenarum est, quæ animã per peccata contaminat, & ex ea expellit. In hoc autem exercitio quia homo omnes suas cogitationes conijcit in Deum, cogitationibusque proximè succedunt affectiones præ eundem, fit vt anima paulatim ab amore rerum terrenarum diuellatur, & que expurgetur, & renouetur. Id Bernardus in seipso expertus est, quæ admodum humiliter ad ædificationem aliorum ex inspiratione diuina quædam in loco confitetur, dicens: *Quæ cum ita sint omnino inuestigabiles viæ Dei*

Serm. 74. in Cant.

unde adesse norim? Vixit & efficax est, que vt intus venit, expergescit dormientem animam meam, mouit & molliuit, & uenerauit cor meum, quoniam durum, lapideum que erat, & malè sanum. Cæpit quoque, & destruere, ædificare & plantare, & arida, tenebrosa illuminare, clausa referre, frigida inflammare, nec non & miserum

in directa, & aspera in vias planas, ita vt benedicat anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Hæc omnia Bernard. quibus testatur, quæ mirabilia Deus in anima sua operatus sit, quando oculis mentis præsentem eum cernebat.

Neque solum in seruis Dei id efficit diuina præsentia, sed etiam in magnis peccatoribus, vt eorum corda expurgentur à peccatorum noxis: quia dum admoniti non nihil attollunt caput è lecto peccati, & cœlesti lumine porro adiuti considerant se in conspectu Dei sui, iudicis viuorum & mortuorū versari, qui præsens aspiciat, quoties delinquant, ingenti pudore & horrore peccati cōsternati non audēt amplius illud committere, miranturq; suæ superioris vitæ cæcitatem, quod tam temerè & impudenter, haud secus ac si nullus Deus vel iudex esset, in omnia scelera sint prolapsi.

Prorsus id euenit famosæ meretrici Thiadi, quæ cum Sancto Paphnutio Abbati ad eam in locum secretum, & abditum ingresso dixisset, non posse se videri, nisi à solo Deo, vel dæmone, Abbas verò respondisset. Age si Deus te vider, qua fronte tu in cōspectu eius

B 2

te pu,

te purissimis oculis intuentis audebit peccare? ilicò cœlestis luminis radius mentem eius collustravit, tantoq; pudore suffusa est, ac tam capitali odio superioris vitę scelera profecuta est, in media vrbe Alexandrina flammam absumperit quicquid corporis in prostitutione lucrata erat, & angustissimæ cellæ, asperrima acta potestatis triennio, donec spiritum Deo dederet, se inclusit.

*Metaph. in
ius vita.
vrius in
ebriar.*

Idem accidit S. Ephræm cum a fœmina peccatrice, quam cum adulterio rogassetq; an auderet cōsuetam suam peccata in medio vrbis Edessę committere: ipsa autem respondisset, non audere, quia pudor nimius prohiberet in conspectu hominum talia patrare scelera, subiecit B. Ephræm. Tu scias esse in loco occultissimo, & ab hominibus remotissimo pecces, te conspici à Deo ubique præsentem. Si itaq; te à peccando deterret pudor, vel metus hominum multo equius deterrere te debet metus Dei, qui eiusmodi scelera æternis miserationibus supplicijs inferni. Quę admonitio sic perterruit fœminã, ut dolore peccatorum summo tacta in corde interituro secus in monasterium pœnitentię agendæ causa se abdiderit.

Hi sunt eximij præsentia diuinæ effectus, quando homo serio eam ob oculos defigit. Qua enim fronte audeat homo rem tam peruersam & sordidam, qualis est peccatum lethale coram Deo, committere, si serio sibi persuadeat se in conspectu eius, qui infinita bonitate præditus est, & infinitè execratur peccatum tale, consistere? Quæ ratione offensæ æternæ dignæ cruciatibus obstringere, si consideret se aflare ei, cuius iustitia est infinita? quem nouit nullum peccatum impunitum, siue in hac, siue in altera vita, relinquere? quem scit esse iustissimum iudicem, & iustè, etiam eum, qui vnicum tantum temporis momentum in peccando consumpserit, sempiternis addicere flammis: Hæc considerans B. Augustinus. Domine, inquit, quando perpendo, quod gressus meos, semitasq; consideras, & die noctuq; super custodiam meam vigilas, omnes semitas meas diligenter notans, speculator perpetuus, velut si totius creature tuæ cæli & terre oblitus tantum me solum considerares, & nihil sit tibi curæ de aliis, Deus meus terribilis & fortis, timore pariter & ingenti rubore confundor, quoniam nobis magna est indita necessitas iustè rectè que viuendi, qui cuncta faci-

Solil. c. 14.

*ei amicus ante oculos iudicis cuncta cernentis
Hucusque Augustinus. Vnde intelligi-
gimus, quantam vim & efficaciam ad
cauenda peccata posuerit in confide-
ratione diuinæ præsentia.*

CAPVT V.

*Hac presentia diuina contemplatione
tentationes, & virtutem perse-
uerantia obtineri.*

Contemplatio diuinæ præ-
sentia facit, vt non solum à pecca-
tis cōmissis respiciamus, vt
etiam, vt in illa, antequam fiant, nos
labamur: dum enim Deum nobis quæ
præsentē conspicimus, & cor nostrum
in eum attollimus, accenditur in ani-
mis nostris quædam cupiditas omnium
spirituales hostes debellandi, nec desit
diuinitus fauor & auxilium. Insula
rant quondam impij Israelis senes
noxia Susannæ, comminantes lapidibus
obruendam, nisi libidini suæ resis-
ciat satis. Videamus, qua via & ratione
tantam tentationem expugnauerit. Con-
siderabat nimirum se stare in confide-
ntia Dei, Deumq; in se oculos defigens
vnde tanto terrore pudoreque perterritus

DE PRAESENT. DEI. *

corrupta est, tantaque vi & robore aduersus peccandi tentationem erigere animum coepit, vt nulla interposita mora decreuerit potius honoris & vitae, eum totius familiae suae dedecore iacturam facere, quam consentire peccato. Sic enim respondit. *Augustia sunt mihi vndique: Si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.* O sententiam dignissimam, quae in omni tentatione daemnis, vel mundi vsurpetur. Potius vitae discrimē adiero, quam vt in conspectu Dei delinquam.

Dan. 13.

Miles strenuus, quando in bellico conflictu animaduertit Imperatoris, vel Ducis belli oculos in se intentos, longè ardentius pugnat, quia scit in eius potestate esse, post partam victoriam spolia, vel officia militaria in bene meritos distribuere. Quid ergo non faciat miles Christi, dum in quotidiana sua cum daemone, mundo, & carne dimicatione videt in se oculos diuinae maiestatis coiectos? dū aeterna meminit sibi decreta praemia? dū scit in ipso ardore pugnae sibi affaturas diuinarū manū suppetias? Veritatem huius rei

R 4

que

quotidiana confirmat experientia. Si enim contingat seruum aliquem Deo oblata succendendi, vel indignandi verbi causa, occasione, immemoratus esse superni numinis, nec ordinem cor suum in Deum eleuare, videtur eum facillè prolabi in verba impatientiæ, vel certè in animo peruersas cogitationes: si autem cor habet erectum in Deum, omniaque sua desideria in eum referat, obrepentibus similibus tentationibus facillè quiescit, nec sinit animum suum perturbatione aliqua concitari, vel succumbere.

Cap. 8.

Palladius in historia sua Lausiacam commemorat se, cum aliquando iuncto comite monachum quendam religiosissimum, rerumque diuinarum peritissimum, nomine Dioclem, inueneret, inter alia hoc documentum ei se accepisse, hominem piuum, qui primum à contemplatione diuinæ sententiæ cessarit, continuò fieri, vel bestiam, vel bestiam: bestiam quidem si succumbat tentationibus carnis, et illecebrarum carnalium: dæmonem vero, si iracundiæ, arrogantia & similibus. Cumque Pallad. eum percunctaretur, quomodo ratione posset anima nulla quiete

DE PRAESENT. DEI. 3

cessatione interposita, defixam mentē
habere in Deo? Respondit, quotiescun-
que mens nostra occupata sit in consi-
deratione pia & salutari, quę ad Deum
deducat, tum defixam esse in conside-
ratione Dei. Cū autem sanctus ille,
tantopere in rebus pijs exercitatus di-
xit, hominem simulatque Dei oblitus
fuerit, fieri dæmonem vel bestiam, nō
intellexit id fieri solo lapsu in noxam
lethalem, cum non facillē is contingat
seruis Dei, sed etiam lapsu leuiori im-
moderatae cupiditatis, qua aliquo mo-
do similis vel dæmoni, vel bestiae red-
datur. Quocirca nullo modo conue-
nit seruū Dei, vt aliquando negli-
gat, praesentem contueri Deum, im-
pendente tentatione, & dum se occa-
siones offerunt irae, impatientiae, su-
perbiae, vel tristitia mundanae, aliaq;
indomita perturbationes, diuinæ ob-
liuisci praesentiae: tunc enim celerri-
mē, magnaque cum vigilantia cor ele-
uandum est ad Deum, eiusq; auxilium
implorandum. Nam vt docuit S. An-
tonius, vnicū antidotum ad vincē-
das omnes dæmonis tentationes praesentissimum est, continuam Dei, cum
spiritali gaudio, retinere memoriam:
ca omnes illius laqueos & dolos ilico
dirum-

B s

dirumpi, & in fumos euanescere. Quod
autem & ipsum spiritale gaudium
scatur ex contemplatione Dei practi-
tis, iam iam ostendemus.

CAPVT VI.

*Exercitio diuine presentie acquiri stabi-
tatem cordis, omnium virtutum perfe-
ctionem, & exteriorem mun-
ditiem.*

INter prestantissima bona, que
in hac exercitatione comparantur
merito numerari quoque potest
firmitas & stabilitas nostri cordis. In
primis constat hominem eo fine con-
ditum, vt in hac vita Deo firmius
coniungeretur per contemplationem
& amorem, in altera vero coelestem
claram visionem. Postquam autem
peccatum se a Deo separauit, & ad car-
nitas conuertit, quietem suam quaerere
coepit in ipsis, nec tamen vnquam
inuenit, quia propter illas conditiones
non facit, sed nec earum vlla cupiditas
tem eius explere potuit. Vnde factum
est, vt cogitationes suas, & desideria
nunc in hanc, nunc in illam transi-
rens lapsus sit in magnam cordis in-
stabilitatem.

stabilitatem, quam deplorat Propheta
 Jeremias, dicens: *Peccatum peccavit Hierusalem, propterea instabilis facta est, erras
 ab vno loco in alium: ac in anima quidem varijs rerum terrenarum cupiditatibus, in corpore crebris exilijs, & incarcerationibus diuexata. Atque hinc
 mox consecuta est cordis diuisio. Tot enim eius diuisiones sunt, quot res
 sunt caducæ, ad quas cogitationes & studia sua conuertit: & quoniam diuisione res destruuntur & consumuntur,
 factum est, vt cor tandem extingui debuerit morte culpæ & poenæ æternæ,
 vt testatur Oseas Propheta, dicens. *Diuisum est cor eorum, nunc interibunt.* In
 hunc calamitosum statum incidunt, præcipuè illi, qui in lethale peccatum
 sunt prolapsi: hi enim prorsus sunt diuulsi à Dei amore, & in anima mortui
 sunt morte culpæ, & poenæ æternæ impendentis. Incidunt quoque suo modo multi serui Dei, qui quoniam plus
 æquo addicti sunt amori rerum terrenarum, ita tamen, vt ad grauitatem
 peccati mortalis non perueniant, in precibus alijsq; actionibus mente distracti sunt, inquieti, mutabiles; inconstantes, & proximi periculo lethaliter delinquendi.*

B 6

Hæc.

Hæc mala, damnaque nullo effica-
 cione antidoto auerti possunt, quan-
 hoc sancto præsentie diuinæ exercitio.
 Cùm enim animus noster crebro cogi-
 tationes suas, ac desideria attollit
 Deum, conuersando cum illo, & quasi
 familiaritatem ineundo, sensim stabili-
 litur, & confirmatur, eo quod abstin-
 ctus sit à rebus creatis mutationi & in-
 stabilitati obnoxius, coniunctus vero
 personæ diuinæ incommutabili & eter-
 nali. Quando enim nauis in mari
 vi ventorum, fluctuumque hinc inde
 tam vehemēter iactatur, vt periculum
 sit, ne vel in scopulum impingat, vel
 submergatur, præsentissimum reme-
 dium est, vt fortissimæ alicui anchoræ
 alligetur, ne loco moueri amplius possit.
 Sic quando mens nostra in huius
 mundi Oceano varijs & periculosissimis
 cogitationum, cupiditatumque procellis
 cum discrimine damnationis ære
 exagitatur, saluberrimum antidotum
 est, eam applicare, & alligare ad anchoram
 diuinæ præsentie, atque ita præsentia-
 latim ad stabilitatem & constantiam
 cordis tanti à sanctis & iustis aspirari
 tam, Deoque gratissimam aspirari.
 Quam ob rem in verum seruum Deum
 optimè quadrat illud Ecclesiasticum
 101/102

*mo sanctus manet in sapientia sua sicut sol: c. 27.
stultus autem ut luna mutatur.*

S. Catharina Senensis, solitudinis & Raimundi
secessus amans, cum à parentibus con- in vita
tinuis laboribus noctu diuq; occuparetur, à Deo docta contra animi distractiones hoc vsa remedio est, vt cor suū loco cubiculi haberet, in quo praesentem Deum assidue cerneret, & cum eo colloquia misceret: sic enim obtinuit firmam & stabilem cum illo vnionem vt nullo externo labore vel fatigatione distrahi mēte posset. Idem consiliū postea & verbis & scriptis communi- cauit alijs religiosiis foeminis, affirmās in cordis cella esse verè regnū Dei per gratiam, ibi Christum cum suis inspirationibus caelestibus fixisse sedem. Felix profectò ille qui cum hac sollicitudine vitam traducit, vt tam intus, quàm foris praesentem sibi Deum contempletur, in eum omnes cogitationes suas, vota & desideria referat: nec enim fieri potest; quin anima illius omnium virtutum, donorumque caelestium copia circumfluat. Quotiescunque enim seruus Dei hoc modo ad Deum cor suum eleuat, & nouo afficitur beneficio, & gratiam ampliorem promeretur, & propius se adiungit Deo,

Deo, ac proinde & efficacius de eius lumine, bonitate, fortitudine, ceterisque diuinis perfectionibus haurit.

In vita Dosithei narratur, ei inter cetera documenta spiritualia hoc fuisse à magistro suo S. Dorotheo traditum. *Nunquam in corde tuo memoriam Dei impone, cogita illum semper stare coram te, te coram illo.* Ipsum autem deinceps in me studium adhibuisse, vt obsecraret, & ideò nunquam memoriam eius siue sanam, siue agram deposuisse, nepeque in intimo cordis orationibus & cultorij eius opem implorasse. Nunquam enim sic breuiter precabatur. *Domine Iesu Christe, miserere mei. Aliàs sic; Fili Dei adiuua me: aliàs aliter.* atque hac sancta exercitatione inter quinquennium, ex adolescente quoddam milite flagitioso, in virum perfectum euasit, dignusque tandem habitus est, qui adscriberetur in numerum sanctorum cum Deo in caelis regnatum.

Iam verò hæc Dei memoria, hinc minus intuitus, non solum componitur & moderatur hominem interiori soli Deo conspicuum, verum etiam exteriori hominibus notum. Quod admodum enim honoratior aliquis

Doroth. in
Vita.

DE PRÆSENT. DEI. 39

Principis famulus nulla alia re commodius in officio continetur, ut honeste, compositè & modestè se gerat, quàm si intelligat se à Domino suo videri, ac sedulo etiã obseruari: sic nullo alio modo seruus Dei efficacius in consuetis pietatis functionibus retineri poterit, quàm si meminerit se in conspectu Dei versari. Sicut astra cœlestia à sole præsentè, in quem obuersa sunt, omnem splendorem mutuatur, quo in se fulgeant, & alijs fulgorem subministrent, atque adeo in terris suum effectum habeant. Sic homines iusti & pii, qui instar stellarum in Ecclesia Dei collucet, ex continuo Dei, quem præsentè oculis mentis cernunt, conspectu lumine diuino illustrantur, omniumque virtutum verarum solidarumque splendorem etiã communicant alijs. Quare merito dixit Sapiens: *Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & in sensu cogitabit Eccl. 14. circumspeditionem Dei.*

CAPVT VII.

Quod exercitio præsentia diuina letitia & consolatio spiritalis obtineatur.

AD continuandum vitæ spiritalis *Tract. 5. p. 27*
cursum non exiguum momentum c. 13 & 14.
ha

habet, gaudium spirituale, ut alibi
 sius docuimus: quod ab omnibus De-
 seruis maiorem in modum experitur,
 & in summo pretio habetur. Hoc ver-
 tam salutare & spiritale bonum imp-
 mis sancto diuinæ præsentia exercetur
 & comparatur & conseruatur. Quod
 admodum enim qui magnum aliquid
 discrimen fortunarum, vitæ & mor-
 vehementer recreatur, si spectat
 se offerat illi quispiam, à quo tantum
 crimine eximi possit; similiter, illi
 qui audit & cognoscit vocem mag-
 amici, quem annis multis non vidit,
 magna lætitia perfunditur, si eum
 videre queat: sic anima serui Dei
 cogitat, quantis in hoc exilio circum-
 septa sit periculis atque ærumnis, si
 oculos mentis conuerterit in Deum
 immensa bonitate præditum, animam
 uerteritque eum sibi præsentem
 stere, paratissimum ad porrigendum
 auxilium ut ex suis ærumnis emer-
 mirificè lætatur, & exultat, & magis
 consolatione per sanctas diuinæ ma-
 xationis voces cor suum affici sentiat.

Rex Iosias, quoniam populum
 multis beneficijs affecerat, & cultum
 diuinum impensè promouerat, vult
 dissimam nominis sui apud poster-

DE PRAESENTIA DEI. 41

Reliquit memoriam. Memoria Iosia, in c. 49
quit Ecclesiasticus, in compositione odoris
facta opus pigmentarii. In omni ore quasi mel
indulcabitur eius memoria, & ut musica in
conuiuio vini S. Bernardus de se confite- Serm. 14. in
tur, cum primùm in religionem esset Cant.
ingressus, se vel solo conspectu ma-
gnorum virorum spiritualium, vel etiã
recordatione eorundem, si fortè lon-
gius abfuisset, vel vita defuncti esset
tantoperè exultasse, vt mens quidem
omni deuotionis suauitate comple-
tur, oculi verò à lachrymis se contine-
re non possent. Si igitur aspectus vel
memoria hominis iusti tanto gaudio
aliquem perfundit, eò quòd videatur
sibi videre virtutes, & dona cœlestia,
quibus ille fuit à Deo ornatus, quid
non faciet spiritualis intuitus, & recor-
datio Dei, qua anima contemplatur in
eo infinitam bonitatem & pulchritu-
dinem, aliasque perfectiones? Quod
non gaudium, quam non consolatio-
nem, & intimam deuotionis suauita-
tem serui Dei anima plenis buccis
hauriret?

Commemorat Simeon Metaphra-
stes, S. Gregorium Episcopum Agri-
gentinum in Sicilia, dum esset adole-
scens, profectum Hierosolymam, vt

ve-

veneraretur loca sancta, ac tempore
 Quadragesimæ secessisse in quod-
 dam Palestinæ monasterium, ibique
 vidisse monachos rara in Deum reli-
 gione præditos, quorum alij in di-
 narum rerum commentatione artem
 in altum attollerentur, alij fontibus
 chrymarum inter precandum effusa-
 rent, atque in vitæ puritate, morum
 que honestate viderentur angelici
 bus exemplis iuuenis per motus et
 pudore ingenti suffundi, abijcere
 amarè superioris vitæ suæ errata
 plorare. Præfectus monasterio
 animaduertens ex vultu eiusdem
 rorem, existimansque id euenisse,
 longius à patria, amicis que abesse
 iuncto sibi alio monacho, remota
 bitris sic affari cœpit dictum Grego-
 Fili, ne animum nimio mœrore
 ruas, confide in Deo, breui patebit
 ditus in solum natale. Sed respondit
 adolescens: *Nam ea causa mei me
 quod longè absim à conspectu meorum
 enim presentis ubique Dei contemplatione
 illum remouendum mihi satè est: dum
 cogito me continuò in eius versari conspectu
 satè solatij accipio: id verò vnum me
 tristat, quod hactenus non inueniui
 homine Christiano, & verè pio*

DE PRAESENTIA DEI. 43

Hoc responso accepto, Patres ab eo digressi sunt, arbitrati non indigere eum sua consolatione, quandoquidem tali exercitationi deditus tam perfectus sit, ut possit etiam solari alios.

Iudas Machabæus, rei bellicæ gloria 2. Mach. 13. clarus, cum milite suo prælium initurus, quoniam Deum præsentem contemplabatur, tanto cum gaudio & alacritate in hostem ruebat, ut quamvis pauci, quam plurimos opprimerent. Vnde Scriptura sic loquitur: *Iudas, & qui cum eo erant, inuocato Deo, per orationes congressi sunt: manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes prostrauerunt: non minus triginta quinque millia, præsentia Dei magnifice delectati.*

Hæc & alia præstantissima sunt huius diuini exercitij emolumenta, hi sunt admirandi fructus, quos in animis producit viua numinis diuini præsentis consideratio. Coætur ergo seruus Dei hoc exercitium vsurpare quouis tempore & loco. Quoties & noctu euigilabit illic oculos sustollat ad contemplandam præsentem diuinam maiestatem, versetur cū illa tanquam amantiſſimo parente. Idē faciat cū manè lecto surrexerit. Qd̄ si per publicas vias incedēdū, oculos cor-

porales modestè in terram demerere
teneat, spiritales verò animi in Deum
erigat. Quoties colloquia influet
negotia tractabit eum hominibus
considerationis oculum defigat
de quibus loquitur, alterum vero
ijciat in Deum, & eius fauorem
ret. Si in morbum incidat grauius
consuetum orationum pensum
uere nequeat, ne angatur, se
loco crebrius cor suum ad Deum
uet, inuocando illum, & desiderat
illi exponendo, atque hoc vnico
re, sit contentus & quietus: sic
supplebit omnium meditationum
giorum, aliorumque operum bonorum
quæ requirunt integras corporales
res, defectum. Sic faciebat sanctus
Propheta cum diceret: *Nomen tuum
memoriale tuum in desiderio anime
mea desiderauit te in nocte: sed cor
meo in præcordijs meis de mane
ad te.*

Isai. 26.

CAPVT VIII.

*In hoc sancto exercitio voluntatis
iungendum esse cum consideratione
intellectum.*

IN hoc sacro, diuinoque exercitio
non solum intellectus occupandus

D
est in
verum
eam
tur.
in hoc
nent,
modi
ceri de
tura, si
cordis
lat ad p
nionem
terioris
uocat,
nam me
illam an
mittere
eam in
luntatis
his spiri
sulum,
Hac
que arde
tiones, e
in celum
vt idem
admodum
niente
litum e
sic celex

DE PRAESENTIA DEI. 48

est in contemplanda diuina praesentia, verum etiam voluntas, vt affectu in eam feratur, eamque quasi complectatur. Et quoniam voluntatis actiones in hoc exercitio principem locum tenent, speciatim declarabimus, cuiusmodi actiones sint, & quomodo exerceri debeant. Nam, vt ait S. Bonaventura, sunt quasi motus, & inflammata cordis desideria, quibus anima anhelat ad perfectam in amore cum Deo unionem, igniti mentis affectus, viua interioris hominis suspiria, quibus inuocat, prouocat, commouetque diuinam maiestatem, vt se ad consummatam illam amoris sui coniunctionem admittere velit: sunt denique pia quaedam incitamenta & affectiones voluntatis, quibus anima nostra velut aethis spiritualibus euolat, & attollit se sursum, vt Deo appropinquet.

Hac vehementia desideria, affectusque ardentis cordis vocantur aspirationes, quibus anima e terra se attollit in caelum, hoc est, aspirat in Deum: nam, vt idem Bonaventura loquitur, quemadmodum respirando nulla interueniente deliberatione trahimus anheliticum ex intimis corporis visceribus: sic accelerimè, & nulla quasi deliberatione

*In Epist. 29.
memoral. 6.
22. Et in
myst. Theol.
via tertia.*

tione antegressa aspirando ad Deum
trahimus inflammata quaedam desi-
deria ex intimis cordis penetrabilibus
vt Deo intimè coniungamur.

Has aspirationes, vel affectus in-
flammatos cordis homo imprimis in-
clarat breuibus oratiunculis, quae
vocamus iaculatorias: sunt enim
quasi tela vel sagittae ignitae ex
pectore profectae, deinde & in
etis quibusdam colloquijs, quibus
ma cum Deo quasi praesente inhi-
Dicuntur autem colloquia, quibus
ut anima alloquitur Deum per
desideria, sic Deus vicissim loquitur
cum ipsa anima, radijs quibusdam
diuinis illam collustrando, inhi-
tiones sanctas ei communicando,
magis magisque affectus voluntatis
incendantur. Neque verò haec
debet interna illa suspiria, inhi-
mataque desideria vi aliqua in-
secus vel extrinsecus adhibita con-
tare, sed potius à diuina gratia in-
raro aliquo studio adhibito, expectari.
Quamuis enim homo cooperari
cum Deo facere debeat, quod inhi-
tamen praecipuè pendere debet
pe diuina, pieque & humiliter
impetrare, quod ex parte sua desiderari
posset.

DE PRAESENTIA DEI. 47

Etenim, vt alibi docuimus, in ser-
uitio diuino tres sunt viæ, vel tria Ex-
ercitiorum genera. Vna est, perti-
nens ad incipientes, dicta Purgatiua.
Altera, ad proficientes, dicta Illumina-
tiua. Tertia Vnitiua, pertinens ad
perfectos. Haud secus sunt quædam
aspirationes, quæ valent ad purgan-
dam à vitijs affectionibusque terre-
nis animam, & sunt viæ purgatiuæ. Al-
iæ valent ad consequendas virtutes,
& sunt viæ illuminatiuæ. Aliæ ad
impetrandam perfectam vnionem
animæ cum Deo, & sunt viæ perfecti-
uæ. Qua de causa hoc loco comme-
morabimus tria aspirationum, & ia-
culatoriarum orationum genera, ex
sancti Augustini, aliorumque San-
ctorum libris excerpta, vt vnusquis-
que conuenienter suæ dispositioni ad
manum habeat orationes, quibus in
hoc sancto exercitio diuinæ præsen-
tiæ queat ad Deum aspirare. Neque
idcirco volo vt his tantum vtatur:
poterit enim vti quibuslibet alijs
similibus: sed id tantum moneo,
præstantiores efficacioresque eas ef-
se, quas quisque à Deo motus ex cor-
de suo exprimit, etiamsi non sint
compositæ, sicut hæc. Nec item volo
vsur-

48 EXERCIT. FRANC. ARIAE

vsurpari omnes; liberum enim cuique
est vsurpare quas velit. Et quamuis
sit nisi vna pro qualibet via; tamen,
crebrius magno affectu iteretur, iuste
ciet ad capiendum huius sancti exerci-
tij fructum. Facile autem poterant
memoria recitari, si sapius perlegun-
tur & repetantur.

CAPVT IX.

*De aspirationibus, orationibusque iude-
rijs attinentibus ad viam Pur-
gatiuam.*

Aspirationes conuenientes
purgatiuæ sunt hæ: Domine
Iesu Christe, Deus meus & Sa-
uator meus, qui ad saluandos pecca-
tores in mundum venisti, ignosce mihi
& salua me. O Deus meus, quid agam
quid dicam? peccaui coram te, & con-
tra te benignissime creator, & dabo
me redemptor, miserere mei Domine.
Agnosco Domine scelera mea, & con-
fiteor, condona illa. Destitutus sum
Domine, omni pietate, vilissimus
infirmus peccator sum, & non
sum, nihil ex me valeo, adiuua me
Domine, & miserere mei. Utinam, Domine,
ne nunquam te offendissem. *Vincere
dolor*

DE PRAESENTIA DEI. 49

nunquam ad iram prouocassem. Vtinam, Deus, semper voluntati tuæ obediuissem, & sanctis tuis inspirationibus satisfecissem. Remoue à me, Domine, quicquid tibi displicet in me, & mihi nocet. Propono, Domine, me, adiuuante tua gratia, te non amplius offensurum, occasionesque delinquendi vitaturum. O piissime Iesu, miserere mei miseri & abominandi peccatoris. Indignus sum à terra sustentari, & me suscipe per tuam misericordiam ac sanctissimæ vitæ, passionisque tuæ merita, necnon ob benedictæ Matris tuæ Sanctorumque omnium intercessionibus. Omnia scelera, & negligentias vitæ meæ, quæ sunt innumerabiles, & grauissimæ conijcio in tui immensi amoris flammam, & infinitam misericordiam tuam abyssum, in sacratissima tua vulnera, vt in ijs consumantur, mihiq; pœnitentiã iniungo. Laua me, Domine, tuo pretiosissimo sanguine; quia vna gutta illius sufficit ad saluandum totum mundũ. Sana me ab omnibus plagis meis, quia tu es fons salutis. Sanctifica me auctor sanctitatis. Deus meus, largire mihi sanctũ iudiciorum tuorum timorem. Concede mihi, bone Iesu, dolorem & odium grande de peccatis
 C
 meis.

9^o EXERCIT. FRANC. ARIÆ

meis. Da mihi odium mei ipsius. Da
dulcissime mi Saluator, robur ad mor-
tificandas meas passiones. Da mihi, vt
rectum iudicium de me feram, Da, vt
seuerè à me exigam pœnas, ad satisfi-
ciendum iustitiæ tuæ. Da mihi Salua-
tor, vt quamcunq; pœnam, tribulatio-
nem, contemptum libenter recipiam
in satisfactionem pro meis delictis. Da
vt potius eligam mori, quam peccare.
Da, vt non modò timeam, fugiam
peccata grauia, sed etiam leuia. Da mi-
hi firmissimum propositum non re-
pulsus peccandi. Da mihi gratiam peccata
uerandi, & pœnitentiam tota vita
agendi.

CAPVT X.

*De aspirationibus pertinentibus ad viam
luminatiuam pro ijs qui in cultu di-
uino proficiunt.*

Aspirations quæ ad hanc se-
dam viam pertinent, & se-
queunt proficientibus, sunt hæc:
oro te Deus & Saluator meus,
Christe, pro omnibus beneficijs
Te laudo, benedico, & glorifico pro
mnibus tuis misericordijs. Grati-
ago, quòd me elegeris ab æterno, quòd
è nihilo creaueris, quòd hucusque

DE PRAESENT. DEI. 51

conseruâris. Quòd cùm esses verus
Dei viui filius me amasti, pro mea sa-
lute homo factus & passus. Gratias ago
quòd captiuum redemeris, quòd perdi-
tum vocaueris, & saluaueris, quòd fi-
dei lumine, tuorumque Sacramento-
rum thesauro ditaueris. Gratias refero
pro omnibus sanctissimæ vitæ tuæ, pas-
sionisque mysterijs. (Possunt autem hæc
gratiæ ambulando cantari, & quidem
particulatim pro singulis mysterijs in
sancto Rosario comprehensis.) Gra-
tias ago pro particularibus omnibus
beneficijs mihi præstitis. Et hæc quo-
que ambulando potes expendere, di-
stinctè de singulis gratias agendo, &
dicendo: Iesu nostra redemptio, amor,
& desiderium, &c. Adoro crucem tuam
sanctissimam, eamque toto cordis mei
desiderio amplector, & quanto valeo
honore prosequor. Saluete benedicta
vulnera, quæ tu pro me recepisti, qui-
busq; me tuo cordi impressisti: Saluto
cor tuum vulneratum & pro me pate-
factum. Absconde me Domine in tuis
vulneribus, vt in illis saluare me
queam & ab omni malo liberare. In
tuo corde reconde me, & in illo contra
oës inimicos me tuere. Scribe in ani-
ma mea Domine omnes tuas pœnas &

dolores, vt totis visceribus tibi conde-
 leam. Imprime plagas tuas pectori
 meo, vt totus sim tuo amore faucis-
 tus. Detege Domine omnes virtutes,
 quæ in tua sacratissima vita passione-
 que relucent, vt in illis omnibus te
 miter, & in omnibus perfectè me tibi
 conformem. O dulcissime Iesu, vt pos-
 sim te imitari, da mihi profundam hu-
 militatem, & perfectam obedientiam.
 Concede mihi viscera misericordie.
 Pone Domine linguæ meæ frænum
 omnibusque sensibus meis. Porrige
 Domine lumen intellectui, puritatem
 cordi, spiritum meum corrobora, paci-
 fica, tranquilla, & omnia animæ meæ
 interiora exhilara. Exaudi me Domine,
 ne, & postularis meis annue; nec enim
 cupio mihi concedi, quæ congruam
 professione meæ, sed quæ salutem meam
 & gloriam tuam rectius promoueat.

Verùm quia Orationis Domini
 petitiones spectant quoque ad viam
 illuminatiuam, summam earum hinc
 etiam loco ex Sanctorum libris desum-
 bemus. O Pater, qui diuina tua gra-
 tignis filios spirituales, me quoque
 fac verum filium tuum. Da mihi gra-
 tiam, vt in omnib. tibi obsequar, &
 tanquam filius sincero amore com-
 pletar.

conduent. in
 syst. Theol.

ater.

star. O Pater, qui omnibus tuam bonita-
 tem communicas, & in omnes clemen-
 tia tua dona summa liberalitate effan-
 dis, sicut omnes nos è nihilo cõdidisti,
 ita omnes digneris adoptare in filios
 gratia: Da mihi, vt omnes amem ve-
 lut fratres, eosdemq; vera caritate & mi-
 sericordia complectar. O Pater, *quies in*
caelis, licet enim vbiq; sis, tamẽ peculia-
 riter in corporibus cœlestibus tuam po-
 tentiã, sapientiã, & bonitatem manife-
 stas: in cœlis verò spiritualib⁹, hoc est,
 in Sãctis omnib⁹ alio modo magis spe-
 ciali habitas. O si anima mea, tuæ gra-
 tiæ beneficio niteret, fulgeretq; instar
 cœli, & virtutib⁹ ornata esset quasi stel-
 lis: tunc enim sedẽ oculis tuis gratissi-
 mam in ea reperires. O Pater sanctissi-
 me, vt inam nomen tuum, potentia, ma-
 iestas, bonitas, sapientia, vera fide ab o-
 mnibus nationibus agnosceretur, & re-
 ligione, cultuq; sancto coleretur, & glo-
 rificaretur, perfecta q; caritate adama-
 retur. Vtinam, inquam, qui supra om-
 nia es, haberẽ ab omnibus sanctus, &
 secundum infinitam bonitatem tuam
 diligereris ab omnibus. Nullam siqui-
 dem perfectionem, eque ac bonitatem,
 in mysterio redemptionis, quod maxi-
 mẽ ad te amandum nos obligat, pate-
 fecisti.

Qui es in caelis.

Sanctificetur nomen tuum

C 3

O Pa-

*dueniat
gn um tuū.*

O Pater clementissime, non regnet
amplius in nobis amor mundi, non
dominetur caro, non imperet dæmon,
sed tu solus regna in animabus no-
stris, tu solus sis lumen nostri intelle-
ctus, & dux voluntatis, nihil sit in no-
bis, q̄ a te non moueatur, & dirigatur.

*iat, volun-
s tua.*

O dulcissime Pater, vtinam in om-
nibus possem tuam sanctissimam vo-
luntatem perficere. O vtinam omnes
indigenæ huius terræ conformarent
se incolis cœli.

*nem quo-
ianū da.*

O Pater clementissime, præbe ani-
mæ nostræ spiritualem cibum, id
est, tuum sanctum amorem. Hu-
ius cibi mirabilis est substantia; hoc
quotidie opus habemus; hoc corro-
borantur animæ nostræ, pascunturque
donec veniamus ad æterna tabernacu-
la. Sed nec necessaria nobis desint pro
toleranda vita corporali, vt tantò at-
dentiùs tibi per amorem adhæreamus.

*dimitto
bis.*

O Pater misericordiarum, dimitte
nobis peccata nostra, ob quæ rei fe-
cti sumus pœnæ æternæ. Quandoque
dem scimus te velle ea dimittere, &
nos inuitare, vt petamus eorum con-
donationem. Condona igitur Domi-
ne nobis nō solum peccata grauiā, sed
etiam leuiā, quibus te quotidie offer-

DE PRAESENT. DEI. 59

dimus, testimoniumque huius condonationis nobis trade, quod soles tradere tuis filiis, diuinum scilicet amorem.

Domine, postulas à nobis, vt diligamus inimicos nostros, sicut tu eos diligis, & omnem iniuriam nobis illatam remittamus, vt nobis etiam nostra delicta remittantur. Id praestant, Domine, viua tuae Ecclesiae membra, & fac, vt omnes ita faciamus, vt omnes tecum in gratiam redeant.

Sicut & nos dimittimus.

O potentissime Pater, praebe mihi contra omnes animae meae inimicos, vt omnesque tentationes victoriam, vt per amorem semper tibi adhæream.

Et ne nos irascas.

O benignissime Pater, libera me ab omni malo poenae animae meae noxi, ac ab omni re, quae in hac vita impedire potest perfectam mei cum tua diuina bonitate vnionem, in altera verò claram faciei tuae visionem, & contemplationem. Tanta caritate me locupletata, vt immunis esse queam, non solum à cruciatibus aeternis inferni, verum etiam temporalibus Purgatorii, non quòd reformidem ob tui amorem aliquid pati, sed vt anima mea, ab omni noxa purior, sit quoque tuis oculis carior, & quando ex hoc corporis ergastulo euolabit, nulla inter-

Sed libera.

posita mora perfruatur conspectu possessioneque infiniti boni, quod tantoperè desiderauit.

CAPVT XL

*De aspirationibus pertinentibus ad
viam vnitiuam.*

Aspiraciones & orationes iaculatoriæ ordinatæ ad vniõnem perfectam animæ cum Deo, quæ exercentur in hac via vnitiuâ, hæc sunt. Dulcis Iesu, Deus meus amor infinitus, imple totum cor meum tuo diuino, & fortissimo amore. Inflamma animam tuam amoris igne, qui nunquam extinguatur, vt totus amore ardeam. Occupa omnes animæ meæ facultates tuâ dulcedine, tuique amoris efficacia, donec nulla res eam moueat, nisi amor. O Deus meus, amatũ principium, & creator meus; ô purissima, æternaque essentia, ac fons infinitus omnis esse. O bonum infinitè amabile, ô fons infinitus omnis boni, ô infinitæ suauitatis abyssus. O pelagus immensum gaudiorum ineffabilium. O Deus meus, in te omnia inueniuntur, quibus ego indigeo, & quicquid desiderare queo, quia alia omnia à te manant & proueniunt. Te solũ specto, te vnum quaero; quia alia omnia

nia per te optari & quæri debent. Aperi
 mihi, quia ego te voco; attrahe me,
 quia te desidero. Fac ut per amorem v-
 num tecum efficiar. O Deus cordis mei,
 quando ego te inueniam, qualem desi-
 dero? quando perfectè me tibi coniun-
 gam? quando per gratiam & amorem
 supernaturalem me in te transforma-
 bo? O Deus meus, vita & gloria mea,
 quando moriar omnibus mundi rebus,
 ut perfectè viuam in te? Quando renū-
 ciabo omnibus rebus, ut resignatus
 sim omnino voluntati tuæ? Deus me-
 rex meus, exiges à me, ut toto corde te
 amem, da mihi quæso gratiam, ut per-
 fectè, quicquid imperaris, compleam.

O bone Iesu, o spes mea, o refugium
 meum, o cordis mei amor, o sponse flo-
 ride, & anime meæ dulcedo, o vita mea,
 o requies mea, o gaudium & consola-
 tio mea. Prepara Deus animam meam,
 munda, & ab omnibus vitijs eam expur-
 ga, passionesq; omnes in ea mortifica.
 Adorna eam omnibus tuis virtutibus,
 amore tuo vulnera, dignam eam fac ha-
 bitatione tua, ut in ea delitijs illis frui
 possis, quas desideras habere cum filijs
 hominum. O altissima & beatissima
 Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus S.
 tres personæ, & vnus solus Deus ve-
 rus,

1^o, doce me, adiuua me, vt te diligā, rego
me, vt omnia tui amore faciā. O Pater
æterne, per tuā immēsam potentiā, ad-
imple sanctis cōsiderationib. meā me-
moriā, vt semper sit in te firma & fixa.
O Fili Dei viui, per tuam æternā sapiē-
tiam, meum intellectum tuo diuino
lumine illustra, ac perfectam tuæ veri-
tatis meæque vtilitatis notitiam sub-
ministra. O Spiritus consolator, amor
Patris & Filij, per tuam inexhaustā bo-
nitatem incēde totam animam meam
perpetuo tuæ caritatis ardore, vt sem-
per & in omnibus rebus quæram tuam
gloriam, & tuæ sanctissimæ voluntati
me conformem. O clementissime Iesu,
Deus meus, caritas infinita, qui vis nos
diligere proximum sicut nos ipsos, lat-
gire gratiam, vt omnes plenè ex tuo a-
more diligam. Adiuua Ecclesiam tuā,
& fac eam in omni virtute & sanctita-
te efflorescere. Miserere omnium, quos
tuo sanguine redemisti. Purifica, illu-
mina, & perfice animas omnium ser-
uorū tuorū. Conuërte miseros peccato-
res. Reuoca ad vniōnē cū tua Ecclesia,
gratia, cēs hæreticos, & schismaticos.
Doce omnes ignorantes veritatē. Tra-
he ad fidei lucem infideles omnes. Suc-
curre afflictis in omnibus suis necessi-

DE PRAESENT. DEI. 59

tatibus. Conforta omnes mœstos, omnibus Purgatorij animabus remitte pœnam, & gloriam tribue sempiternâ. Pro me & omnibus illis tuû pretiosissimum sanguinem offero, & quicquid fecisti, vel perpeffus in hoc mundo pro salute nostra fuisti. Offero & B. Virginis, tuæ gloriosissimæ matris, omniumque electorum tuorum merita. Amen.

CAPVT XII.

Quibus medijs possit comparari hoc donum, Deum præsentem in actionibus habendi.

HActenus exposuimus admirandos huius diuini exercitij fructus, docuimusque quæadmodum practicè vsurpandû sit: nunc superest, vt declarem quibus medijs hoc donû acquiri possit. E quibus primû sit, vt illud postulemus à Deo; quia donum diuinum est, descendens à Patre luminum, à quo omne bonum & donû perfectum proficiscitur, Sicut enim à Christo Deo & Salvatore nostro, omnia alia subsidia ad salutem opportuna & necessaria expetimus, sic & hoc donû humiliter nobis concedi per suâ infinitâ misericordiâ, passionisque suę merita flagitemus, quo semper eius recordemur, semper cor nostrû in ipsû erectû habeamus, semper denique quoad

diuinitatem praesentem contem-
 mur, inuocemus, desideremus & diliga-
 mus Hoc donum si obtinuerimus, cum
 eo faciliè omnia reliqua, pro adiuuen-
 to & profectu nostro spirituali, conse-
 quemur Nec dubium illud concessum
 iri, si magna cum fiducia, viuoque desi-
 derio ad illud aspiremus. Neque vllus,
 cuiuscunque status vel conditionis sit,
 potest iure se excusare, quod hoc bene-
 ficium à Deo postulare non possit, quia
 vt propter occupationes & negotia a-
 liquis eo nō perueniat, vt semper Deū
 sibi praesentē sistat, tamē poterit aliquo-
 ties in die amorē suū in Deū attollere.

Aliud medium ad habēdum Deum
 praesentem esse potest, si signis nonnal-
 lis vtamur, quorum conspectu tactuue
 Dei recurrat memoria, vt si dictum ali-
 quod muris eius loci, in quo ordinariē
 versamur, inscriptū sit, cuiusmodi esse
 possunt: Noli peccare, quia Deus videt.
 Vel illud Sapientis: *In omni loco, oculi
 Domini contemplantur bonos & malos* Vel
 illud Dauidis Regis: *Proidebam Domi-
 num in conspectu meo semper.* Vel, *In omni-
 bus vijs tuis cogita Deum.* Vel illud Tobie
 ad filium: *Omnibus diebus vite tue in mer-
 te habeto Deum* Possumus & signi loco
 filium alligare brachio, vel digito. Nam
 &c.

15.

15.

3.

4.

DE PRAESENT. DEI. 61

& annulos in ijs gerimus, ne temporalium quorūdam negotiorum memoria excidat. Sonum quoque campanæ signi vice accipere ipsi possumus, statuereque illum nobis fore loco cœlestis vōcis, vt recordemur Dei. In veteri lege præcepit Deus filiis Israel, vt in vestium simbrijs vittas gestarent hyacinthinas, quibus conspectis recordarentur mandatorum Domini, ac sancti essent coram Deo: placebit ergo maximè Deo, si quis simili signo memoriam excitet præsentiae diuinæ, sic enim facilius Deum inuocabimus, & amore eius inflāmabimur ad perfectā præceptorum suorum obseruationē.

Legimus S. Edmundum Cantuariensem Archiepiscopum, cum adolescens operam litteris daret, hoc sanctum exercitium vturpasse, hoc est, mentem eleuasse in Deum, eamque obrem in cubiculo suo effigiem quādam D. Virginis, cum mysterijs Christi circumallam depictis, affixisse, vt ea inspecta ad Deum, Deique matrem facilius recurreret. Atque hoc medium inter optima, quibus in hoc sancto exercitio vti possemus, censetur, vt si consuetudo cōfirmet hoc exercitium, adiuuante diuina gratia, efficacissimum

C 7

mum

Num. 15.
Deut. 22.

62 EXERCIT. FRANC. ARIÆ
mum sit ad habendam semper præ-
sulis diuinam maiestatem.

CAPVT XIII.

*De aliis medijs, vt de examine Particu-
lari, & solitudine, & amore
cordis.*

Aliud medium, valde vile ad
retinendam præsentia diuinæ
memoriam, est Examen parti-
culare, vt scilicet cum circa meridiem,
aut vesperi rationem exposcimus à
nobis conscientia, id quoque excutia-
mus, an præsentem toto die Deum in
actionibus nostris habuerimus, & si
factum sit, sedulo gratias agam^{us} Deo,
quia singulare Dei donum est; ac pro-
ponamus nos idem accuratius obser-
uaturos diebus insequentibus. Si vero
secus acciderit, doleamus, & emenda-
tione proposita, poena aliqua culpam
expiemus. Hac enim poena & memo-
riam illi in posterum renouabit diuini
exercitij, & valebit ad impetrandam
Dei beneuolentiam, vt negligentia
corrigatur, & maior progressus in
hac virtute fiat. Solitudo inest ali-
cui, exempli causa, ingens ^{causa}

DE PRÆSENT. DEI. 6

candi domum: hæc ipsa excitat eius
memoriam quocunque vadat, vt il-
lius non obliuiscatur; hæc facit illum
somnia de illa, imò somnum tollit,
tollit & cibum. Idem facit cura augen-
darum opum, educandorum libero-
rum, sanitatis conseruandæ, quando
toto pectore eam suscipit. Haud secus,
si quis ex animo sollicitus sit de obti-
nenda illa collectione animi, vt Deum
sibi statuatur præsentem, tanquam ad-
modum opportuna & efficaci ad salu-
tem, & profectum spirituale; mul-
tò plus, quàm externis signis, vel exa-
mine particulari, iuuari poteris ad
consequendum hoc spirituale benefi-
cium, vt nunquam facile è memo-
ria præsentiam illam deponas. Su-
pra omnia autem media, & remedia,
quæ præcipue ad hoc sanctum exer-
citiū adiumento esse queunt, est
verus Dei amor. Hic enim, vbi in-
serui Dei corde radices egerit, con-
tinetur illum vrgebit, & excitabit,
vt cogitationes suas, piaque deside-
ria in Deum præsentem conijciat, &
cum illo assidue conuersetur. Hæc si-
quidem amoris natura est, si ardens
sit, vt magno pondere animam trans-
portet in rem amatam, quo vniatur
cum

64. EXERCIT. FRANC. ARIAE

cum illa, ac vnum quiddam cum ea efficiatur. Et quoniam anima suis est instructa facultatibus, hinc fit, vt semper quoque rei amatae recordetur, semper de ea cogitet, semper eam exoptat, & complectatur. Qua de causa dixit Christus: *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.*

atth. 6.

Boran. in
yst. Theol.

Hinc sequitur; totam huius Exercitij difficultatem & laborem esse in principijs, donec anima pernenerit ad magnum Dei amorem: simul atque enim amor possederit cor, facile & suauè est meminisse Dei, cogitationesque omnes, & affectus in eum attollere. Atque reuera in primis initijs, quibus homo serio incipit seruire Deo, solet Deus tantam promptitudinem, & gustum spiritualement in hoc exercitio subministrare, vt etiam nouus tyro miretur, cur non omnes homines continenter cogitent de Deo, & amore in illum ferantur, ac non excurrant in vias publicas, moneantque ignaros, vt recordentur Dei; quandoquidem tam facile illa diuinæ præsentia suauitas degustari possit. In hac coniunctione periculum quidem esse videtur, ne tyro ille bonus præsumat de se, ac in viam longè profectum, suisque laboribus &

meri
puter
quæ
mum
Vt er
terren
omne
curre
hanc
sentia
Nam
mund
robust
ctum
nem
præse
iuuan
netur
ficulta
initio
cutus.
At
uenie
aut ab
gno
quos
bium
hoc
ctio
pio

DE PRAESENT. DEI. 63

meritis hoc beneficio ornatum se re-
putet; cum non sit nisi particularis
quædam Dei dispensatio, & suauissi-
mum diuinæ prouidentiaë artificium.
Vt enim tyroni Deus adimat rerum
terrenarum amorem, & difficultates
omnes fortiùs vincat, quæ solent oc-
currere in diuini seruitij primordijs,
hanc facilitatem, & dulcedinem præ-
sentiaë diuinæ solet illi communicare.
Nam postea, cum animaduernerit eum
mundi amorem exuisse, ac fortiorem
robustiolemque in diuino seruitio fa-
ctum, subtrahit illam promptitudi-
nem & suauitatem, quæ in diuinæ
præsentiaë consideratione erat, vt ad-
iuuante diuina virtute deinceps co-
netur etiam cum suo labore, & dif-
ficultate comparere gratiam, quam
initio nullo ferè labore erat conse-
cutus.

Atq; hoc tempore admodum con-
ueniens est seruum Dei non terreri,
aut ab hoc exercitio desistere, sed ma-
gno animo suscipere in se labores,
quos Deus ab ipso postulat. Nec du-
bium est, si persistat, eum beneficium
hoc possessurum cum maiore perfe-
ctione & constantia, quod in princi-
pio nullo labore consecutus fuerat.

Nam

Nam dum cum sudore perseverat, & difficultate, radices agit humilitatis, & accessionem facit in amore Dei. Unde fit, ut excellentiori quodam modo diuinæ præsentiae donum mereatur, maioriq; securitate, & firmitudine possideat, quoniam didicit submittere se, sibiq; diffidere; idemq; maiori facilitate, & voluptate exercet propter gratiæ copiam, & amoris Dei magnitudinem, quo cor suum obfirmavit, & perfectius Deo coniunxit.

O felices & millies beati illi, qui constanter perseverant, donec hoc dono locupletentur. O quantum virtutum meritumq; thesaurum tales inuenire in hoc exilio. O in qualem deliciarum spiritualium thesaurum inciderunt in hac lachrymarum valle? Diuina scriptura asserit vniuersam terram optasse inter, vultum sapientis Regis Salomonis, multoq; è remotissimis à Ierusalem provincijs aduenisse cum multo labore, & difficultate, ut viderent eum, audirentq; eius sapientiam. Quam cum percepisset Regina Saba, non dubitauit in hæc verba exclamare: *Beati viri tui, serui tui hi, qui stant coram te semper, &*

Reg. 10.

DE PRAESENT. DEI. 67

diunt sapientiam tuam. Quanto æquius, & rectius faciunt fideles omnes, qui anhelant ad cernendum vultum Dei, etiam si nōnullo labore opus sit. Multo enim beatiore serui erunt, qui hoc donum consecuti fuerint, quàm illi Salomonis, utpote qui sermones coram cum diuina maiestate conferant, qui in intellectu suo diuinæ sapientiæ radios, in voluntate verò amoris cœlestis flammam percipiant.

Vocabat Christus beatos pauperes *Matth. 5.* spiritu, mites, lugentes, esurientes, & sitientes iustitiam, misericordes, mundos corde, pacificos, patienter ferentes persecutiones, atque has omnes beatitudines solo diuinæ præsentis exercitio consequimur. Hoc fideles sunt humiles, & sui contemptores, omniumque rerum temporalium; hoc exercent mansuetudinem contra iniurias; hoc in se excitant odium in peccata, & amorem rerum cœlestium; hoc excitantur lacrymæ laudabiles contritionis, & deuotionis. Hoc procreat perpetuum & viuum desiderium fruendi Dei, diuinorumque bonorum; hoc promouet ad exhibendam omnibus misericordiam. Hoc expurgantur corda ab omnibus vitijs & passio-

48 EXERC. DE PRAES. DEL.
passionibus. Hoc pax magna & tran-
quillitas mētis obtinetur & vnio cum
proximis impetratur. Hoc omnes ef-
ficiuntur fortes, constantesque pro
toleranda cum patientia qualicumque
persecutione. Hoc denique in hac vi-
ta consequuntur gratiam & amorem
perfectum, in altera verò glo-
riam, & fœlicitatem in-
finitam. Amen.



Exer-

EXERCITIUM PRÆSENTIÆ DEI.

Exercitij de Præsentia DEI Synopsis. 69

Est { Nobile & salutare, quia compendiū aliorū. c. 1.
Facile, quia { semper paratus } cap. 2.
Deus { vltro inuitat. }

{ Facilem orat. & meditationem. c. 3.

Puritatem mentis. c. 4.

Victoriam tentationum. }

Perseuerantiam. } c. 5.

Stabilitatem cordis. }

Virtutum perfectionem. } c. 6.

Exteriorem munditiam. }

Laetitiam & } Spiritualem. c. 7.
Consolationem. }

{ Petendo à Deo

Signis quæ se- } c. 11.
riant. } oculos
} aures.
} tactum.

Obtinetur

{ Examine particulari. }

Seria solitudine. } c. 13.
Vero DEI Amore. }

{ Fortitudine & Constantia }

{ iuncta cū intelle- } c. 8.
ctu voluntate } Suspiria
per } Affectus.
} Desideria.

Exercetur

{ Iaculatorijs ora- } c. 9.
tionibus } Purgantibus.

{ } Illuminantibus.
cap. 10.
} Venientibus. c. 11.

EXERCITIUM PRÆSENTIÆ DEI.

DEI.
na & tran-
vniō cum
omnes ef-
sque pro
alicunq̄
in hac vi-
amorem
dō glo-
in-

Exer-

